

examinavit, & facilitati suæ restituit. Multos equidem in hac arte noster ha-  
 buit optime meritos Antecessores, Bohlium, Schnegassium, Wasmuthium,  
 Weimarum, Reinbekium, Ledebuhrium in Germania, & Crossium in Anglia,  
 qui omnes multo studio accentuum distinctiones & conjunctiones inquisive-  
 runt, & facem aliquam prætulerunt, à quibus tamen omnibus Noster haud  
 raro discedit, & imprimis propugnat, quod versiculus unus variis accentibus  
 adornari possit, inter quos tamen unus semper prostaret modus, qui Spiritui  
 Sancto placuerit. Uti vero alios deseruit, sic aliis idem jus a se  
 desentiendi relinquit, si firmiter rationibus  
 contrariam sententiam pro-  
 baverint.

